



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistola Lvtheriana Ad Leonem Decimvm Svmmvm Pontificem

Luther, Martin

[Wittenberg], 1521

VD16 L 4633

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-33349

Seu ut Apostolus ait, Semper discentes, & nunquā ad scientiā
ueritatis peruenientes. Videntur enim uelle ædificare seseq; pa-
rant, & tamen non ædificant unquā, Ita manent in specie pie-
tatis, & uirtutem eius non attingunt:

In hypocrisis In insigniter
superstitiosos.

Placent tamen interim sibi in his studiis, ausi etiam omnes
alios iudicare, quos simili operum pompa non fulgere uident,
cum hoc uano sumptu & abusu donorum dei, si fide essent im-
buti, grandia potuissent in suam & aliorum salutem efficere.
Verum cum natura humana & ratio (ut uocant) naturalis, sic
naturaliter superstitiosa, & propositis quibusq; legibus & ope-
ribus, prompta sint in opinionem iustificationis per ea ad-
piscendā his adde, quia usu omnium legislatorum terrenorū,
in eundem sensum est exercita & firmata, impossibile est, ut per
seipsum se exuat a seruitute illa operaria, in libertatem fidei cog-
noscendam, ideo oratione opus est, ut dominus nos trahat, &
theodidactos, id est, dociles deo faciat, & ipse in cordibus nos-
tris (sicut promisit) legem scribat, alioquin actum est de nos-
tris. Nisi enim ipse doceat intus hanc sapientiam in mysterio ab-
sconditam, natura non potest nisi damnare eam, & hæreticā
iudicare, quia scandalizatur in ea & stulta ei apparet, sicut olim
in prophetis & Apostolis uidimus accidisse, sicut & nunc mihi
& mei similibus faciunt, impii & cæci pontifices cum suis adu-
latoribus, quorum aliquando misereatur deus, & super nos il-
luminet uultum suum, ut cognoscamus in terra uiam eius, in
omnibus gentibus salutare eius. Qui est benedictus in secula.

Sapientia lex
vnde obser-
uatur.

A · M · E · N ·

A · N · N · O · D · O · M · I · N · I
M · D · XXI ·